683 a 5

Ruckowski similis lucrum

Super Citationem literalem Castren Capitan Bransceń tenoris talis Franciscus Joan
nes in Klocow Lesnowolski Bransceń et Capitaneus Tibi Nobili Casimiro filio Ni
colai Dziekonski ex omnibus bonis tuis vigore Regio et nra Capitaneali au
thoritate mandamus Ut in Judicio vigore Constitutionis Anni 1621 primi de
securitate domestica sub tempus motionis Generalis bellici sancitæ feria Secunda
post datam præsentis Citationis in Curia Regia Bransceń proxime celebrandis
personaliter et peremptorie Compareas Ad Instantiam Instigoris Judicii nri et ipsius delati
Nobilis Georgii Ruthowski de Dziekonie qui te in hærendo Constitutioni
Anni Millmi Sexmi vigesimi primi de expeditione bellica sancitæ
in Conventu Generali Varsavien reassumptæ in vim Termini tacti per
emptorie citat pro eo quia tu in Contemptum legum publicarum securitatisque
domesticæ sub hoc tempus Generalis Bellici observandæ eiusdem actori
equo coloris albi vulnera in Adductione specificata intulisti quod sibi taxat
ad decem marcas polon cttaris usque ad videndum et audiendum sup te
et bonis tuis omnibus pœnam in iure communi tali in passu sancitam
decerni et id quod iuris erit statui Sis iudicialiter responsurus et terminum
attentaturus Datum in Curia Regia Bransceń feria Secunda in Crastino
festi Visitationis Gloriosæ Virginis Mariæ proxima Anno Domini Millesimo
sexcentesimo quinquagesimo primo Cuius quidem Citationis prædictæ
Copiam sigillatam Ministerialis Providus Stanislaus Kalenayko ab una
integra ante Terminum præsentem septimana in bonis Citati propropriis
posuisse et publicasse recognovit Memoratus Actor Citatum supra nominatum
ad officium præsens per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Proszenski
iuridice clamatum et non comparentem in loco suo pro tolo ex Regestri ordine ac ad
missione officii præsentis iudex condemnavit In vim autem cuiusmodi Condemnationis
Judicium hoc idem Castren Bransceń visa et considerata citati clamati et non
comparentis contumacia et vementate iuri communi et affectationi Actoris ac con
sentis Citationis inhærendo super prædicto Citato bonisque eius omnibus taxam vu
lnerum equinorum decernit pœnamque banitionis interponit Decreti praesentis vigore.

Magnuszowa taxa Vulneri Lucrum

Super Citationem literalem Castren Capitan Bransceń tenoris talis Franciscus Joannes in
Klocow Lesnowolski Bransceń Capitan Tibi Nobili Alberto filio Georgii Rudkowski
in Magnusze hæredi de persona bonisque tuis omnibus vigore regio et nra Capitaneali authe
mandamus ut In Judicio vigore Constitutionis Anni 1621 primi de securitate domestica sub
tempus motionis Generalis bellici sancitæ nunc vero per modum Termini novo quidem in
proxime præteritis Comitiis Varsavien reassumptæ feria secunda post datam præsentis
proxime celebrandis personaliter et peremptorie in Curia Regia Bransceń compareas Ad
Instantiam Instigoris Judicii nri et ipsius delatæ Nobilis Christinæ filiæ Alberti Bio
łoskinia consortis Nobilis Simonis Magnusz qui te in hærendo præfatæ Constitutioni in vim